Rubrica super prologum libri epistolarum Annei Senece patrui Lucani poete contubernalis ... ad Lucillum prohemium

Ad Lucillum rubrica de cursu vite ad mortem

Epistola prima quod tempus est conpiendum

Ita fac mi Lucilli vendica te tibi. Et tempus quod adhuc aut auferebatur aut surripiebatur aut excidebat collige et serva. Persuade tibi hoc sic esse ut scribo. Quedam tempora eripiuntur nobis, quedam subducuntur, quedam effluunt. Turpissima tamen iactura est que per negligentiam fit. Et si volueris attendere magna pars vite elabitur male agentibus, magna nihil agentibus, tota vita aliud agentibus. Quem mihi dabis qui aliquod pretium tempori ponat, qui diem extimet, qui intelligat se cotidie mori. In hoc enim fallimur quod mortem prospicimus; pars magna eius iam preteriit; quicquid etatis retro est mors tenet. Fac ergo mi Lucilli quod facere te scribis, omnes horas complectere. Sic fiet ut minus ex crastino pendeas si hodierno manum inieceris. Dum differtur vita transcurrit. Omnia Lucilli aliena sunt, tempus tantum nostrum est. In huius rei unius fugacis ac lubrice possessionem natura nos misit, ex qua expellitur quicumque vult. Et tanta stultitia mortalium est ut que minima et vilissima sunt, certe reparabilia, imputari sibi cum impetravere patiantur. Nemo se iudicat quicquam debere qui tempus accepit, cum interim hoc unum est quod ne gratus quidem reddere potest. Interrogabis ergo forte quid ego faciam qui tibi ista precipio. Fatebor ingenue quod apud luxuriosum sed diligentem evenit: ratio mihi constat impense. Non possum dicere nihil perdere, sed quid perdam et quare et quomodo ... sed evenit mihi quod plerisque non suo vitio ad inopiam redactis: omnes ignoscunt, nemo succurrit. Quid ergo est? Non puto pauperem cui quantulumcumque superest sat est. Tu tamen malo serves tua, et bono tempore incipies. Nam ut visum est maioribus nostris, sera parsimonia in fundo est. Non enim tantum minimum in imo est sed pessimum remanet. Vale.

De stabilitate animi et eligenda voce

2 epistola

Ex his que mihi scribis et ex his que audio bonam spem de te concipio. Non discurris nec locorum mutationibus inquietaris. Egri animi ista iactatio est. Primum argumentum composite mentis existimo posse consistere et secum morari. Illud autem vide ne ista lectio auctorum multorum et omnis generis voluminum habeat aliquid vagum et instabile. Certis ingeniis immorari et innutriri oportet si velis aliquid trahere quod in animo fideliter sedeat. Nusquam est qui ubique est. Vitam in peregrinatione exigentibus hoc evenit ut multa hospitia habeant, nullas amicitias. Idem accidat necesse est his qui nullius se ingenio familiariter applicant sed omnia cursim et properantes transmittunt. Non prodest cibus nec corpori accedit qui statim sumptus emittitur. Nichil eque sanitatem impedit quam remediorum crebra mutatio. Non venit vulnus ad cicatricem in quo medicamenta temptantur. Non convalescit planta que sepe transfertur. Nichil tam utile est quod in transitu prosit. Distringit autem librorum multitudo. Itaque cum legere non possis quantum habueris, satis est habere quantum legas. Sed modo inquis hunc librum evolvere volo, modo illum. Fastidientis stomachi est multa degustare, que ubi varia sunt et diversa coinquinant non alunt. Probatos itaque semper lege, et si quando ad alios diverti libuerit ad priores redi. Aliquid cotidie adversus paupertatem, aliquid adversus mortem auxilii compara nec



quidem aut sic quomodo nunc fumus
fiat non hic qui erumpere ex la[u]-
torum culinis et terrere vigiles solet
sed hic modicus qui hospites ve-
nisse significet. Varius fuit nobis sermo
ut in convivio nullam rem usque ad
exitum adducens sed aliunde alio
transiliens. Lectus est deinde liber
Quinti Sexti patris magni si quid
michi credis viri et licet negent
stoici. Quantus in illo dii boni vi-
gor est quantum animi hoc non in omnibus
philosophis invenies. Quorundam propter
clarum hunc nominatim ceterum exan-
guia sunt. Instituunt disputant
cavillantur non faciunt animum quia
non habent. Cum legeris Sextium dices
vivit viget liber est supra ho-
minem est dimittit me plenum in-
gentis fiducie. In qua positione
mentis sim cum hunc lego fatebor
tibi libet omnes casus provocare
libet exclamare quid cessas for-
tuna. Congredere paratum vides.
Illius animum induo qui querit ubi
se experiatur ubi virtutem suam
ostendat. Spumantemque
dari pectora (pecora) inter inhertia vo-
tis optat aprum aut fulvum de-
scendere monte leonem. Libet
aliquid habere quod vincam cuius pa-
tientia exercear. Nam hoc quoque
egregium Sextius habet et quod
ostendet tibi beate vite magni-
tudinem et desperationem eius non
faciet. Scies esse illam in excelso
sed volenti penetrabilem. Hoc
idem virtus tibi ipsa prestabit ut
illam admireris et tamen speres. Michi
certe multum auferre temporis solet
contemplatio ipsa sapientie. Non
aliter illam intueor obstupefactus quam
ipsum interim mundum quem sepe tam-
quam spectator novus video.
Veneror itaque inventa sapientie
inventoresque adire tamquam mul-
torum hereditatem iuvat michi
ista adquisita michi laborata sunt.
Sed agamus bonum patrem famili-
e faciamus ampliora que acce-
pimus. Maior ista hereditas

a me ad posteros transeat. Mul-
tum adhuc restabit nec ulli nato post
mille secula precludetur occasio aliquid
adhuc adiciendi. Sed etiam si omnia a ve-
teribus inventa sunt hoc semper novum
erit usus et inventorum ab aliis scientia ac
dispositio. Puta relicta nobis medica-
menta quibus sanarentur oculi. Non est
opus michi alia querere sed hec tamen mor-
bis et temporibus aptanda sunt. Hoc
asperitas oculorum dolabatur (colligatur) hoc pal-
pebrarum crassitudo tenuatur hoc vis
subita et humor avertitur hoc acuetur
visus. Teras ista oportet et eligas
tempus adhibeas singulis modum.
Animi remedia inventa sunt ab antiquis
quomodo autem admoveantur aut quando nostri
operis est querere. Multum egerunt qui
ante nos fuerunt. Suspiciendi tamen sunt et
ritu deorum colendi. Quidni ego magnorum
virorum et imagines habeam inci-
tamenta animi et natales celebrem. Quid-
ni ego illos honoris causa semper
appellem. Quam venerationem preceptoribus
meis debeo eandem illis pre-
ceptoribus generis humani a quibus tanti
boni initia fluxerunt. Si consulem vi-
dero aut pretorem omnia quibus honor
haberi solet faciam equo desiliam
caput adaperiam semita cedam. Quid
ergo Marcum Catonem utrumque et Lelium
sapientem et Socratem cum Platone et
Zenonem Cleantemque in animum meum sine di-
gnatione summa recipiam. Ego vero illos
veneror et tantis nominibus semper assur-
go. Vale.

66. h
al. 67.

Hesternum diem divisi cum ma-
la valitudine antemeridi-
anum illa sibi vendicavit postmeri-
dianum michi cessit. Itaque lectione
primum temptavi animum deinde cum
hanc recepisset plus illi imperare
ausus sum immo permittere aliquid
scripsi et quidem intentius quam soleo
dum cum materia difficili contendo et vinci
nollo donec intervenerunt amici qui
michi vim afferrent et tamquam egrum in-
temperantem coercerent. In lo-
cum stili sermo successit ex quo
eam partem (parte) ad te perferam que in lite


Quidam illam voluit esse exhorrido
comptam quidam usque eo asperam gaudent
ut etiam que mollius casus explicuit
ex industria dissipent et clausulas
abrumpant ne ad spectatum respon-
deant. Lege ciceronem. Compositio
eius una est pedem curvat lenta
et sine infamia mollis at contra
pollionis asinii salebrosa et
exiliens et ubi minime expectes
relictura denique omnia apud cicero-
nem desinunt apud pollionem
cadunt exceptis paucissimis
que ad certum modum et ad unum ex-
emplar districta sunt. humilia
tibi preterea videri dicis omnia
et parum erecta. illud vitio carere
eum iudico. non sunt enim humilia
quieto compositoque formata nec
depressa sed plana. deest illis orato-
rius vigor stimulique quos queris
subiti ictus sententiarum. Sed totum cor-
pus videris quam sit comptum ho-
nestum est non habet oratio eius
Sed dabit dignitatem. affer quem
fabiano possis preponere. dic ciceronem
cuius libri ad philosophiam per-
tinentes pene totidem sunt quot
fabiani. Cedam sed non statim pusillum
est si quid maximo minus est. dic asi-
nium pollionem. Cedam. Et respon-
deamus in re tanta eminere est
post duos esse. Nomina adhuc titum
livium. scripsit enim et dyalogos
quos non magis philosophie annumerare
possis quam hystorie et ex professo
philosophiam continentes libros. huic
quoque dabo locum. Vide tamen quam multos
antecedat qui a tribus vincitur et
tribus eloquentissimis. Sed non prestat
omnia. Non est fortis oratio eius quamvis
elata sit. Non est violenta nec
torrens quamvis effusa. Non est
perspicua sed pura. desideras in-
quis contra vitia aliquid aspere dici
contra pericula animose. Contra fortunam
superbe. Contra ambitionem contu-
meliose. volo luxuriam obiurgari
libidinem traduci. impotentiam
frangi. Sit aliquid oratorie acre
tragice grande comice exile.

Vis illum assidere pusille rei verbis
ille rerum se magnitudini addixit
eloquentiam velut umbram non hoc ag-
ens trahit. Non erunt sine dubio
singula circumspecta nec in se col-
lecta nec omne verbum excitavit ac
punget fateor. exibunt multa
nec ferient et interdum ociosa preter-
labetur oratio. Sed multum erit in
ambobus lateribus sed ingens sine te-
dio spatium. denique illud prestabit
ut liqueat tibi illum sensisse que
scripsit. Intelliges actum hoc ut
tu scires quid illi placeret non
ut ille placeret tibi. ad profectum
omnia tendunt ad bonam mentem
non queritur plausus. Talia esse
scripta eius non dubito etiam si
magis reminiscor quam teneo
heretque mihi color eorum non ex re-
centi conversatione familiariter
sed summatim ut solet ex vetere no-
titia. cum audirem certe illum
talia mihi videbantur non solida
sed plena que adolescentem bone
indolis attollerent et ad imita-
tionem sui vocarent sine desperatione
vincendi que mihi adhor-
tatio videtur efficatissima. deterret
enim qui imitandi cupiditatem fecit
spem abstulit. Ceterum verbis abun-
dabat sine commendatione
partium singularum in universum
magnificus.

Lib. 17.

102 Omnis dies omnis hora
quam nichil simus ostendit
et aliquo argumento re-
centi admonet fragilitatis
oblitos. tum eterna meditantes
respicere cogit ad mortem. quid
sibi istud principium velit queris.
Senecionem Cornelium equitem
romanum splendidum et offici-
osum noveras. ex tenui princi-
pio se ipse promoverat. et iam
illi declivis cursus ad cetera
facilius enim crescit dignitas quam
incipit. pecunia quoque circa
paupertatem plurimum more
habet dum ex illa erepat heret.
iam Senecio divitiis immin-
ebat ad quas illum due res
ducebant efficatissime et que-
rendi et custodiendi scientia quarum

Explicit lib. 16. Incipit 17 de inopinato fati termino
ubi notat eos qui longiorem vitam proponunt vel spem differunt
[illegible]



+ incolumis fui Caesare vivo, nisi ipse

Nos primos quam si primos diminuimus dignitate et libertate qui possimus ac-
cipere. An tu Romae putas habitandum esse malo me esse. Sed non locus oportet
prestat istuc melius. Neque incolumis enim Caesare vivo fui nisi postquam illud con- [Consivi facinus]
scivi facinus. Nec usquam exul esse possum dum servire et contumelias pati peius
odero malis omnibus aliis. Romam et hec a in easdem tenebras recidisse [redisse seu] ab eo
qui tirampni nomine assumit sibi. Cum in Grecis civitatibus liberi tirampnorum op-
pressis illis eodem supplicio afficiantur petitum ut iudicem [vindicem] atque oppressorem domina-
tionis salvum sit. Hanc ego civitatem videre velim aut putem illam quae nec
traditam quidem [atque] nec inculcatam libertatem recipere possit plus quam timet in puero
nomine sublati regis quam confidat sibi. Cum illum ipsum qui maximas pecunias
opes habuerit paucorum virtute sublatum videat. Me vero post hac ne comen-
daveris Caesari tuo ne te quidem ipsum si me audies. Valde care aestimas tot
annos quot ista aetas recipit si propter eam causam puero isto supplicaturus es.
Deinde quod pulcherrime fecisti ac facis in Antonio vide ne convertatur
a laude maximi animi ad opinionem formidinis. Nam si Octavius tibi placet
a quo de nostra salute petendum sit non dominum fugisse sed amiciorem dominum que-
sisse videberis. Que quod laudes ea que adhuc fecit plane probo
sunt enim laudanda si modo contra alienam potentiam non pro sua suscepit eas
actiones. Cum vero iudicas non modo tantum illi licere sed etiam a te ipso tribuendum
esse ut rogandus sit ne nollet esse nos salvos nimium magnam illi
mercedem statuis. Id enim illi largiris quod per illum videbatur habere res
publica. Neque hoc tibi in mentem venit. Si Octavius illis dignus sit hono-
ribus quia cum Antonio bellum gerit iis qui malum illud exciderint cuius
ista reliquie sunt nihil quo expleri possit eorum meritum tributurum umquam
populum Romanum si omnia simul congesserit. Ac vide quanto diligentius homi-
nes metuant quam meminerint quod Antonius vivat atque in armis sit. De
Caesare vero quod fieri debuit ac potuit infectum est. Ne iam provocari [revocari] in inte-
grum possit. Octavius is est qui quid de nobis iudicaturus sit expectat popu-
lus Romanus. Nos hi sumus de quorum salute unus homo rogandus videatur. Ego
vero ut istuc revertar is sum qui non modo non supplicem sed etiam coerceam postu-
lantes ut sibi supplicetur aut longe a servientibus abero mihique iudicabo es-
se Romam ubicumque liberum esse licebit ac vestri miserebor quibus nec etas nec
honores nec virtus aliena dulcedinem vivendi minuere potuerit. Mihi
quidem ita beatus esse videbor si modo constanter ac perpetuo placebit hoc
consilium ut relatum putem gratiam pietati mee. Quid enim est melius quam
memoria recte factorum et libertate contentum negligere humana. Sed certe
non succumbam succumbentibus nec vincar ab his qui se vinci volunt. Experiar
que et temptabo omnia neque desistam abstrahere a servitio civitatem nostram. Si
secuta fuerit que debuit fortuna gaudebimus omnes. Si minus ego tamen
gaudebo. Quibus enim potius hec vita factis aut cogitationibus traducatur
quam his que pertinuerint ad liberandos cives meos. Te Cicero rogo atque
hortor neu defatigare neu diffidas semper in presentibus malis [prohibendis] prohibendis
futura quoque nisi ante sit occursum explora ne se insinuent. Fortem et
liberum animum quo et consul et nunc consularis rem publicam vindicasti sine
constantia et equabilitate [nullum] illum esse putaris. Fateor enim duriorem esse condi-
tionem spectate virtutis quam incognite. Bene facta pro debitis exigimus [que si]
aliter eveniunt ut decepti ab his infesto animo reprehendimus. Itaque
resistere Antonio Ciceronem etsi maxima laude dignum est quia tamen ille
consul hunc consularem merito post [prestare] videtur nemo miratur. Idem
Cicero si flexerit adversus alios iudicium suum quod tanta firmitate
ac magnitudine direxit in exturbando Antonio non modo reliqui temporis
gloriam eripuerit sibi sed et preterita evanescere coget. Nihil enim per se amplum
nisi in quo iudicii ratio extat. Quia neminem magis decet rem publicam
amare libertatisque defensorem esse vel ingenio vel rebus gestis vel
studio atque efflagitatione omnium. Quare non Octavius est rogandus ut
velit nos esse salvos: magis tute exucita, ut eam civitatem, in qua ma-
xima gessisti, liberam atque honestam fore putes, si modo sint populo duces
ad resistendum improborum consiliis. Vale.

+ vero ut istuc

+ aliter evenerint, ut decepti ab his